

æde, Romæ depræhēsa est Scauro cōsule, qui mox prin-  
ceps fuit. Noctu magis q̄ interdiu sine tonitribus ful-  
gurat. Vnum aīal hoīem non semp̄ extinguit, cetera  
ilico: hunc videlicet natura tribuente honorem, cum  
tot beluæ uiribus p̄stent. Oīa contrarias incubant in  
partes. Homo nisi cōuertatur\* vi percussus nō expirat.  
Superne icti confidunt. Vigilans ictus commiuentibus  
oculis, dormiens patentibus reperitur. Hoīem ita ex-  
animatū cremari fas non est, condi terra religio tradi-  
dit. Nullū aīal, nisi exanimatū, fulmine accenditur. 10  
Vulnera fulminatorū frigidiora reliquo corpore sūt.

Quæ non feriantur fulmine. CAP. LV.

**E**X ijs q̄ terra gignuntur, lauri fruticem nō icit:  
nec vnquā q̄nq; altius pedibus descendit in ter-  
rā. Ideo pauidi altiores specus tutissimos putāt:  
aut tabernacula è pellibus beluarū, quas vitulos ma-  
rinos appellāt, quoniam hoc solum aīal ex marinis nō  
percutiat, sicut nec è volucris aquilam, q̄ ob hoc ar-  
miger huius teli fingitur. In Italia inter Tarracinam  
& adem Feroniæ, turres bellicis temporibus desiere  
feri, nulla non earum fulmine diruta.

De prodigiosis pluuiis, lacte, sanguine, carne,  
ferro, lana, lateribus coctis. CAP. LVI.

**P**roter hæc inferiore calo relatū in monumenta  
est, lacte et sanguine pluuisse M. Acilio, C. Portio  
\* C O S S. Et sæpe alias carnes, sicut L. Volūnio,  
\* COSS. Et sæpe alias carnes, sicut L. Volūnio,  
Servio Sulpitio C O S S. exq; ea non\* p̄putruisse quod  
nō diripuissent aues. Item ferro ī Lucanis, anno anteq̄  
M. Crassus à Parthis interēptus est, oēs q; cū eo Luca  
ni milites, quorū magnus numerus in exercitu erat.  
Effigies quæ pluerat, spōgiarū fere similis fuit: aruspice  
\* cauenda, desideratur in antiquo codice.  
cauenda, desideratur in antiquo codice.  
Paulo, C. Marcello C O S S. lana pluit circa castel-  
lum Carissanum, iuxta quod post annum T. Annius  
Milo occisus est. Eodem causam dicente lateribus co-  
ctis pluuisse in eius anni acta relatū est.

De crepitu armorum & tubarum de cælo  
audito. CAP. LVII.

**A**rmorū crepitus et tubæ sonitus, auditos è cæ-  
lo Cimbricis bellis accepimus, crebrosque &  
40 prius & postea. Tertio vero consulatu Marij  
ab Amerinis & Tudertibus spectata arma caelestia,  
ab ortu occasuq; inter se concurrentia, pulsus quæ ab  
occasu erāt. Ipsum ardere cælum, minime mirum est,  
& sæpius visum, maiore vi ignis nubibus correptis.

De lapidibus è cælo cadentibus. CAP. LVIII.

**C**elebrāt Graci Anaxagoram Clazomenium,  
olympiadis septuagesimæ octauæ secūdo anno,  
p̄dixisse caelestium literarū sciētia, quibus die-  
bus saxū casurum esset è sole. Idq; factum interdiu in  
Thraciæ parte ad Aegos flumē. Qui lapis etiam nūc  
ostenditur, magnitudine vehis, colore adusto, comete  
quoq; illis noctibus flagrāte. Quod si quis p̄dictū cre-  
dat simul fateatur necesse est, maioris miraculi diuini-  
tatē Anaxagoræ fuisse. soluiq; rerū naturæ intellectū,  
et confundi oīa: si aut ipse sol lapis esse, aut vnquā la-

pidem in eo fuisse credatur, decidere tamen crebro nō  
erit dubium. In Abydi gymnasio ex ea causa colitur,  
hodieque, modicus quidem, sed quem in medio terra-  
rum casurum idem Anaxagoras prædixisse narra-  
tur. Colitur & Cassandra, quæ Potidæa vocitata  
est, ob id deducta. Ego ipse vidi in Vocontiorum agro  
paulo ante delatum.

De arcu cælesti.

CAP. LIX.

**A**rcus vocamus extra miraculum frequentes,  
& extra ostentum. Nam ne pluuios quidem,  
aut serenos dies, cum fide portendunt. Manife-  
stum est, radium solis imissum caue nubis, repulsa acie  
in solem refringi, colorumq; varietatem mixtura nu-  
bium, aeris, igniumq; fieri. Certe nisi sole aduerso non  
fiunt, nec vnquam nisi dimidia circuli forma. nec no-  
ctu, quamuis Aristoteles prodat aliquando visum:  
quod tamen fatetur idem non nisi quartadecima luna  
posse. Fiunt autem hyeme, maxime ab æquinoctio au-  
tumnali die decrescēte. Quo rursus crescēte ab æqui-  
noctio verno, non existunt: nec circa solstitium longis-  
simis diebus. bruma vero, hoc est, breuissimis diebus,  
frequentē. Idem sublimes humili sole, humilesq; su-  
blimi, & minores occidente vel oriente, sed in latitu-  
dinem diffusi, meridie exiles, verum ambitus maio-  
ris. Aestate vero per meridiem non cernuntur: post  
autumni æquinoctium, quacunq; hora: nec vnquam  
plures simul quàm duo. Cetera eiusdem naturæ non  
multis dubia esse video.

De gradine, niue, pruina, nebula, rore. CAP. LX.

**G**randinē cōglaciato umbre gigni, & niuē eodē  
humore mollius coactō, pruina autem ex rore  
gelido. Per hyemē niues cadere, nō grandines,  
ipsasq; grandines interdiu sæpius q̄ noctu, & multo  
celerius resolui q̄ niues. Nebulas nec æstate, nec ma-  
ximo frigore existere. Rores neq; gelu, neque ardori-  
bus, neq; vētus, nec nisi serena nocte. Gelado liquore  
minui, solutaq; glacie non eundem inueniri modum.

De nubium imaginibus. CAP. LXI.

**V**arietates colorū figurarumq; ī nubibus cer-  
ni prout admixtus ignis superet aut vīcatur.

De proprietatibus cæli in locis. CAP. LXII.

**P**roterea quasdā pprietates cæli quibusdā locis  
esse. Roscidas æstate Africa noctes. In Italia Lo-  
cris et in lacu Velino, nullo nō die apparere ar-  
qus. Rhodi & Syracusis nunquam tanta nubila ob-  
duci, vt non aliqua hora sol cernatur, qualia aptius  
suis referentur locis. Hæc sint dicta de aere.

De natura terræ.

CAP. LXIII.

**S**equitur terra, cui vni rerū natura partium, exi-  
mia p̄pter merita, cognomē indidimus maternæ  
venerationis. Sic hoīum illa, vt cælū dei: quæ nos  
nascentes excipit, natos alit, semelq; editos sustinet sem-  
per: nouissime cōplexa gremio iam à reliqua natura  
abdicatos, tum maxime vt mater operiens: nullo ma-  
gis sacramēto, q̄ quo nos quoq; sacros facit, etiā mo-  
numenta ac titulos gerēs, nomenq; progās nostrum,  
b & me-

\* in percuf-  
fas non re-  
spirat

\* COSS. &  
sæpe alias.  
Sicut carne  
I. Vol.  
\* putruisse

\* cauenda,  
desideratur  
in antiquo  
codice.

olumina  
in 27  
ad d. b. 27